

Liber Secundus

γραμματικός.

Caput primum.

De Orationis Elementis.

§. 10. De variis literarum generibus.

Consonantes quinquepartito distribuuntur vel pro organis, quibus enunciantur, vel pro ipso modo enunciandi.

Ac primo quidem sunt

gutturales א, ה, ח, ע (אֶהֱחֶע),
 palatales ג, י, כ, ק (גִּיכֶק),
 linguales ד, ט, ת, ל, נ (דֶטֶלֶנֶת),
 dentales ז, ס, צ, ש (זֶסֶצֶשׁ),
 labiales ב, ו, מ, פ (בוּמֶפֶ).

Medium quendam locum ר tenet inter gutturales et inter linguales.

Secundo sunt

mutae ב, ג, ד, ה, ח, ט, כ, ע, פ, ק, ת,
 liquidae ל, מ, נ, ר,
 sibilantes ס, שׁ, שׂ, ז, צ,
 semivocales א, ו, י (ה).

§. 11. De gutturalium proprietatibus.

1. Literae gutturales א, ה, ח, ע *ś'vâ* mobilis vice *ś'vâ* compositum semper adsciscunt, et א quidem ad Chateph-Segol, ceterae ad Chateph-Pathach magis inclinant, v. g. אכל, הלל, המשים, ערי, *Ś'vâ* quiescens modo admittunt, v. g.

הַעֲדִירָה, אֶהְדִּיל, רִהֲגָה, נֶאֱדָר, modo idem cum š'vâ composito commutant et hoc quidem adeo, ut in eligendo Chateph praecedentis vocalis ratio habeatur, v. gr. הַעֲמִיד, נֶעֱמַד, הַעֲמִיד.

2. Literae gutturales Dagesch forte nunquam scriptum admittunt; ה et ח in efferendo utique duplicari possunt. Itaque, quando grammatica consonantem gutturalem vult geminari, pro compensatione vocalis ante א et ע producitur, ante ה et ח correpta manet, v. gr. הָאָדָם *hā'adám* pro *hā''adám*, צֶעַק *zā'ék* pro *zā''ék*, at מַהֲרָה *mahhér*, נִחַם *nichhám*, שְׁחָרָה *šuchhár*. Dagesch forte sic enunciatum neque vero scriptum dicitur Dagesch forte implicitum.

Annot. Cum א et ע convenit ר, v. g. הָרָאשׁ *hārōš*, pro *hārōš*, בָּרַח *bārēch* pro *bārrech*. Rarissime geminatum invenitur, v. g. Prov. Sal. XIV, 10 מֹרָאֵת *morráth*.

3. Gutturales natura loquendi quandam cum *a* vocali necessitudinem habent. Ubi igitur fas est inter diversas vocales delectum fieri, prae ceteris vocalibus *a* ad gutturales apponitur, v. g. יִשְׁלַח *jišlách*, יִשְׁלַח *jišlách*. In exitu autem vocum, quando ceterae vocales (eaeque longae) lege assumendae sunt, ה, ח, ע vocem claudentes saltem Pathach inter se et inter vocalem intercedere volunt, v. gr. גָּבֹהַ *gabóah*, רִיחַ *rúach*, הִשְׁמִיעַ *hišmíá*, יָרַח *jaréach*, יְהוֹשֻׁעַ *jéhōšúá*; id quod א et ה ad vocalium naturam propius accedentes non admittunt. Istud Pathach nomine furtivum est et in hoc singulari casu ante consonantem, cui subscribitur, enunciatur.

§. 12. De literis semivocalibus.

1. א, י, ו vocalium naturae tam propinquae sunt, ut saepissime peculiarem suam indolem deponant et vocales evadant; unde etiam factum est, ut ad vocales designandas adhibeantur et quiescere dicantur (§. 4.). Quae vocales ad unamquamque magis pertinent (quippe *a*, *e*, *o* ad Aleph, *e*, *i* ad Jod, *o*, *u* ad Vav) eae dicuntur ipsi homogenae, ceterae autem heterogenae.

2. Notandum est, semivocales supra dictas semper vocales evadere ac quiescere, quando in syllabae fine positae vocalem homogenam excipiunt, v. g. לָאֵמֶר pro לְאֵמֶר (h. e. לְאֵ-מֶר), בְּרִיהוּדָה pro בְּרִיהוּדָה, צָאָתָה pro צָאָתָה, הַרְשֵׁב pro הַרְשֵׁב. De He idem observatur, quando in exitu vocabuli positum est, v. g. אֲשֶׁה, גָּלָה, וְהָיָה. Plura alia de hac re infra suis locis dicentur.

Annot. Plerumque in productis vocalibus quiescunt semivocales; at obvenit etiam לְאֵרֶנִי pro לְאֵרֶנִי, וְהָיָה pro וְהָיָה.

§. 13. De consonantium assimilatione.

1. Consonans ś'vâ quiescente instructa quando eandem consonantem praecedit, ambo singulari litera, Dagesch forti notata, exprimuntur, v. g. שְׁתָּהָה pro שְׁתָּהָה, הַתְּתַמָּם pro הַתְּתַמָּם.

2. Nun eadem data occasione cuivis alii consonanti simili ratione assimilatur, v. g. אֲנָהָם pro אֲנָהָם, מִקְרָם pro מִקְרָם, מִנְזָה pro מִנְזָה. Interdum etiam ל, ה et ה sic assimilantur, v. g. יִקַּח pro יִקַּח, וְלִקַּח pro וְלִקַּח, מִנְזָה pro מִנְזָה.

Annot. Hic illic ה non sequenti, sed praecedenti Nûn assimilatur, v. g. יִקַּחְהוּ pro יִקַּחְהוּ.

§. 14. De syllabarum discrimine.

Quum lingua Hebraica syllabas a vocali ordientes non habeat, modo ab exitu tria syllabarum genera distinguuntur:

1. syllabae apertae seu simplices, quae excidunt in vocalem, e. g. לִי.
2. syllabae clausae seu compositae, quae in consonantem cadunt, e. g. בִּירָה.
3. syllabae acutae, quae in consonantem Dagesch forti ornatam exeunt, e. g. קִטְלֵל *kittél*.

Consonans ś'vâ mobili (vel composito) instructa non valet syllabam propriam, sed quasi anacrusis syllabae insequentis consideratur; e. g. in verbo יִתְקַטְּלֵהוּ *jithkatt'li* tres

reperiuntur syllabae, quarum prima *jith* clausa est, altera *kat* acuta, tertia *t'li* aperta. (cf. tamen §. 9. Ann. 3.)

Annot. Una quasi exceptio est א interdum vocum initia faciens, v. g. אִיזֵר.

§. 15. De diversarum syllabarum vocalibus.

Syllabae apertae vocales habent longas (quatuor exceptiones postea in decursu doctrinae grammaticae afferentur).

Syllabae clausae vocales habent breves, attamen longas quoque habere possunt, quando extremae sunt atque accentu notatae.

Syllabae acutae vocales habent breves.

Annot. Cf. §. 4, Ann. 3. de Kamez-chatûph dignoscendo. Raro reperitur vocalis longa in syllaba acuta cum accentu, v. g. אִיזֵר (et in aliquibus verborum אִיזֵר formis, v. §. 39).

§. 16. De vocabulorum copulatione et de Makkeph.

Subinde duae voces tam arete cohaerent, ut loquendo quasi conglutinentur atque in unam contrahantur; id quod denotatur

a. Dagesch forti apposito ad caput posterioris vocabuli, v. g. Ps. XVIII 41 אִיזֵר נִתְּתָה לִי *nathattâlli*, Gen. XLVI 28 אִיזֵר אִיזֵר *'arzâggôsên*.

b. copulandi signo, quae est linea directa et מַקֵּפֶה *Mak-képh* vocatur, inter utramque vocem interiecto, v. g. וַיִּיחַדְּוּ *wajj'háchén*, בִּרְטוֹב *kîtób*.

c. coniuncto utroque modo, v. g. 2. Chr. II 3 בִּנְיָה-בִּרְתָּה *bônebbájith*, Gen. XXVII 21 אִיזֵר-נָא *g'š'ánnâ*.

Istud Dagesch forte cognomen accepit coniunctivum; quod nisi post ה quiescens vix unquam usurpatur. Cuncta vero vocabula triplici hac ratione copulata pro una voce habentur unoque accentu afficiuntur; unde prius vocalium longitudine imminuitur amboque nonnunquam scribendo quoque

coniunguntur, velut מִזָּה pro מִה־זֶה, מִלְכֶם pro מִה־לְכֶם, et ista pro מִה־זֶה, מִלְכֶם.

Annot. 1. Vox ex duabus vocabulis contracta ipsa denuo cum altera copulari potest, v. g. אָה-כָּל-הָאָדָם.

Annot. 2. Ex supra dictis patet, ׀ ante Makkeph positum pro Kamez-Chatuph habendum esse.

§. 17. De vocalium mutatione.

1. Longae Vocales commutantur cum brevibus:

a. quando syllabae finali clausae accentus qui ante fuit, quoquo modo demitur, v. g. וְיָשָׁב-וְיָשָׁב, וְיָקָם-וְיָקָם, וְיָקָטְל-וְיָקָטְל, אֶיבָה-אֶיבָה, הָקִיר-הָקִיר.

b. quando syllaba aperta mutatur per flexionem in syllabam clausam, e. g. סֶפֶר liber, סֶפְרִי liber meus, קֹדֶשׁ sanctuarium, קֹדְשִׁי sanctuarium meum.

Annot. Animadvertendum est, vocalem Zere plerumque corripitur in Chirek parvum, interdum transire in Segol, et Cholem plerumque imminui in Kamez-Chatuph, interveniente autem Dagesch forti corripitur in Kibbuz.

2. Breves vocales in respondentibus longas mutantur:

a. quando syllaba clausa fit aperta, v. g. מִוֶּתֶם-מוֹתָם; סֶפֶר-סֶפֶר; הָרִים-הָרִי.

b. quando syllaba acuta esse debebat, acui autem nequit (§. 11, 2) v. g. בְּרָהּ pro בְּרָהָה, שִׁעֵר pro שִׁעֵרָה.

c. quando semivocalis accedit et in vocali quiescit, v. §. 12, 2.

d. quando vocis sonus maiori impetu ad syllabam admoveatur (de quo v. §. 20).

Annot. Hic animadvertitur, Chirek parvum usque in Zere, Kibbuz in Cholem produci.

Ceterum annotatur, praecepta in hac paragrapho posita longe a vera linguae Hebraicae ratione abesse atque unice tironum causa sic tradi.

§. 18. De novis vocalibus ac syllabis efficiendis.

1. In exitu vocabulorum duas consonantes vocali carere raro admittitur; quod si ultima vocis syllaba in duas con-

sonantes excidit, vocalis interiicitur, v. g. נָעַר pro נֶעַר, רָגַל pro רִגְלָה, יָרַח pro יָרַח.

Annot. 1. Plerumque Segol adsciscitur; ad Gutturalem Pathach, ad litteram quiescibilem vocalis homogenea accedit, v. ex. s. p.

Annot. 2. Excipitur Verbi 2. Sing. fem. (§. 24) v. g. קָשָׁה, נִקְשָׁה; attamen occurrenti gutturali שְׁלַחַתָּהּ pro שְׁלַחַתָּהּ. Singulares sunt formae נִקְשָׁה, קָשָׁה, נִקְשָׁה.

2. Pariter nefas est vocem a tribus simul consonantibus ordiri. Quod ne fiat, a. s'vâ mobile ante alterum s'vâ simplex positum mutatur in Chirek, v. g. לְקַטַּל pro לְקַטַּל, כְּנַפַּל pro כְּנַפַּל; b. s'vâ mobile ante s'vâ compositum mutatur in vocalem cum isto convenientem, v. g. לְעַמֵּד pro לְעַמֵּד, בְּחַלִּי pro בְּחַלִּי; c. s'vâ compositum ante s'vâ simplex positum mutatur in vocalem sibi convenientem, v. g. וַעֲמִדִי pro וַעֲמִדִי, נִאֲכַלְהוּ pro נִאֲכַלְהוּ, פְּעַלְהָהּ pro פְּעַלְהָהּ.

3. Saepissime 'vâ simplex, quod ante syllabam accentu ictam esse debet, in Kamez mutatur. Quae lex in universa quidem grammatica mirum quantum viget, at hic loci paucis tantum exemplis illustrari potest, v. g. לְמַסַּח pro לְמַסַּח, לְבַטַּח pro לְבַטַּח, טוֹב וְרַע pro טוֹב וְרַע, קָטַל pro קָטַל.

4. Insuper maiori accentus ictu novae exoriuntur vocales vel syllabae, de quo v. §. 20.

§. 19. De vocalibus elidendis.

Quando ad exitum vocabuli flexione grammatica accessio iungitur a vocali incipiens, tunc accentus procedit in istam vocalem, et ea, quae antea extrema erat vocalis, nisi plene scripta est, eliditur. Sic ex קָשָׁה fit קָשָׁה, ex סִפָּר fit סִפָּר; at ex גְּבוּרִים fit גְּבוּרִים. Kamez ante accentum positum (§. 18, 3) eliditur, quoties accentus ultra promoveatur, v. gr. ex קָטַל fit קָטַלְתִּי, קָטַלְתִּי, קָטַלְתִּי.

Annotatur autem hoc loco idem, quod in extrema §. 17.

§. 20. De Pausa.

Maior vocis sonus, qui admovetur ad exitus commatum distinctivis accentus signis notatos, pausa nominatur varios-

que effectus producit, inter quos hi magis memorabile videntur.

a. Syllaba accentu notata, ubi brevis est, in pausa pro ducitur, v. gr. קָטַל, קָטַל; מִיָּם, מִיָּם; אָרַץ, אָרַץ.

b. Ubi extremae syllabae accentus est ac s'vâ mobile antecedit, in pausa istud s'vâ commutatur cum vocali producto, cui accentus admovetur, v. g. קָטַל in pausa est קָטַל. מְלָאָה in pausa מְלָאָה, יִקְטְלוּ in pausa יִקְטְלוּ. Quae semper vocalis assumenda sit, ex etymologia cognoscitur. Restituitur enim vocalis, quae primitus aderat; si nulla aderat, s'vâ in Segol mutatur, v. g. שָׁבַי in pausa שְׁבַי.

Caput secundum.

De Etymologia.

A. De Verbo.

I. De Verbo in universum considerato.

§. 21. De Hebraicae declinationis proprietatibus.

1. Singulare est Hebraico sermoni atque adeo cunctis Semiticis linguis, quod simplici derivatione verbi notio primaria variis sententiae categoriis subiiciatur. Quae sic existunt formae aut genera, ab antiquis grammaticis coniugationes dictae sunt. Septem, quae saepius occurrunt, hic enumerantur.

1. Kal significat notionem verbi primitivam, e. g. *necare*.
2. Niphal est Passivum formae Kal: *necari*; subinde vim reflexivam habet.
3. Piël forma intensiva aut iterativa: *trucidare*.
4. Pual Passivum coniugationis Piël: *trucidari*.
5. Hiphil forma causativa: *necem provocare, iubere etc.*